Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Gloria in excelsis deo Et in terra pax hoib⁹
bone uoluntatis Laudamus te Benedicimus
te Adoramus te Glorificamus te Gratias
agimus tibi ꝓter magnam gloriam tuam Dñe
deus rex celestis deus pater omnipotens Dñe fili unige
nite iesu xpe Spiritus et alme orphanorum paraclite
Dñe deus agnus dei filius patris Primogenitus
marie uirginis matris Qui tollis peccata mundi
miserere nobis Qui tollis peccata mundi suscipe de
precationem nam Ad marie gloriam Qui sedes
ad dexteram patris miserere nobis Quoniam tu solus
sanctus Mariam sanctificans Tu solus dominus
Mariam gubernans Tu solus altissimus Mariam
coronans iesu christe Cum sancto spiritu in gloria
dei patris Amen

Credo in unum deum

Patrem omnipotentem factorem celi
et terre: uisibilium omnium: et inuisibilium
Et in unum dominum iesum xpm filium dei unigenitum Et
ex patre natum ante omnia secula Deum de deo: lumen
de lumine Deum uerum de deo uero Genitum non factum
substancialem patri Per quem omnia facta sunt Qui
ꝓter nos homines Et ꝓter nostram salutem de
scendit de celis Et incarnatus est de spiritu sancto
ex Maria uirgine: et homo factus est Cru
cifixus etiam pro nobis sub pontio pylato passus
et sepultus est Et resurrexit tertia die secundum
scripturas Et ascendit ad celos: sedet ad dexte
ram patris Et iterum uenturus est cum gloria iu
dicare uiuos et mortuos Cuius regni non erit
finis Et in spm sanctum dominum et uiuificantem
Qui ex patre filioque procedit: Qui cum patre et filio

simul